UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

**Bero, Agostino**

**Venetiis, 1577**

Consilivm LXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

nit plura dicta, & exempla huic cõcluſioni inſeruien tia. Dicit enim primo, reiecta opinione Iac. Rauen. ꝙ
25 † teſtamentũ factũ cum ſolẽnitate ſtatuti minuentis ſolemnitates iuris communis, ut ꝙ teſtamentum fieri poſſit coram quatuor teſtibus, extenditur ad omnia bona ubicunque poſita, etiam ſi ſint extra territorium ſtatuentiũ, & ideò ſi hæres inſtitutus in illo adiuerit hæreditatem, talis aditio per quandam conſequentiam extenditur ad bona poſita etiam extra territorium, quia attendi debet locus, in quo facta fuit aditio hæreditatis, quæ eſt principalis ad acquirendũ dominium rerum. l. cũ hæredes. in princ. ff. de acqui. poſſeſſ. cum ſi. & arg. l. 3. §. 1. ff. de legit. tute. Inducit ẽt Bart. id, quod dicitur de actis factis corã uno iudice, ꝙ illa fidem in alio iudicio, & corã alio iudice faciũt, necnon inducit l. omnium. in fi. & l. fin. C. de teſta. & ita tenuerunt Cyn. in addit. Guliel. de Cuneo, Iacob.
26 Butrig. & alij cõmuniter. Nec obſtat id, † quod uoluit Bart. ibi in 14. col. in verſi. quęritur, an talis ꝑſona &c. qui dixit, ꝙ ubicunque per ſtatutum, uel conſuetudinẽ, aut per priuilegium habilitatur perſona incapax ad ius de futuro, non extenditur effectus ad bona poſita extra territorium, exemplificando, ut ibi per eũ, in filio legitimato. per tex. in c. per uenerabilem. qui filij ſint legiti. quia illud procedit, quando ꝯ ius commune perſona incapax, & inhabilis habilitaretur à ſtatuto, ſeu cõſuetudine, aut à priuilegio, ſed nos loquimur de perſona habilitata à iure cõmuni, & quæ eſt capax ſecundum regulas iuris, uidelicet in domino, ad quem de iure communi feudum nouum reuertitur mortuo uaſallo ſine liberis, excluſis agnatis, qui de iure eſſent hæredes uaſalli quoad alia bona per ꝑdicta. Et ideò Bart. in d. l. 1. in 16. col. in verſic. ſed poſſet dubitari &c. inquit, ꝙ primogenitus, qui ex cõſuetudine Angliæ ſuccedere debet in omnibus bonis, excluſis alijs filijs, poteſt ſuccedere in omnibus bonis ubicunque poſitis, & in quibuſcunq; ciuitatibus, & territoriis, quia inſpici debet locus principalis, in quo adita fuit hæreditas, & ĩ quo fuit celebratus quaſi cõtractus, qui reputatur principalis actus, ex quo bona debent acquiri, ut ſupra, & hoc dicit uerum eſſe, quando uerba ſtatuti, uel conſuetudinis diſponerent circa rem, ſeu circa bona, ut quia dicerent, bona deſcendentium ſpectent, ſeu ueniant ad primogenitũ, ſecus ſi loquerentur principaliter in perſonam, dicẽdo primogenitus ſuccedat in omnibus bonis, ſed in caſu noſtro iura loquuntur in rem, quia dicũt, ꝙ feudum nouum, mortuo uaſallo ſine filiis, reuertatur, ſeu reuerti debeat ad dominũ, ut probatur in c. 1. in fi. de ſucceſ. feu. & eſt text. in terminis in c. 1. in §. his uerò. de ſucceſſione fratrum, uel de gradibus ſucceden. ibi ſi de nouo beneficio fuerit inueſtitus, nõ pertinet ad eiuſdem Titij patruum magnũ, nec ad prolẽ ex eo deſcendentem, immò reuertitur ad dominũ, ergo hæc ſucceſſio domini, & feudi reuerſio debet extendi ad omnia bona feudalia, ubicunque fuerint
27 poſita. ¶ Tertio † prædicta corroborantur ex tex. in c. ex tranſmiſſa. & in c. uerum. de foro competenti. ubi dominus feudi cognoſcit de cauſa feudali, quamuis bona feudalia ſint poſita ſub territorio, & iuriſdictione alterius, puta Imperatoris, qm̃ ex quo cognitio cauſæ feudi principaliter ſpectat ad dominum feudi, ſiue ſit eccleſia, ſiue ſecularis, debet ad eum etiã ſpectare cognitio cuiuſlibet rei feudalis, ẽt ſi illa eſſent poſita in territorio, & iuriſdictione alterius, ut in d. c. uerum. cum glo. ¶ Quarto induco tex. in d. c. fœlicis. de pœnis in 6. ubi ſi propter crimen, de quo ibi, bona publicentur populo, ſeu fiſco, in cuius territorio ſunt poſita, ut dictũ fuit, tamen bona omnia feudalia ſimpliciter ad dominũ feudi reuerti debent, nõ conſiderando, an ſint ſub iuriſdictione domini, nec n[...] ubicunque fuerint poſita, reuertuntur ad dom[...]
28 feudi, † & in caſu noſtro ille cenſeri debet do[...] feudi, in cuius iuriſdictione, & territorio poſit[...] put feudi, & principale caſtrum, non conſider[...] in quo loco ſint bona feudalia, quæ ueniunt p[...] quandã conſequentiam, & accedunt ipſi caſtro [...] piti, q̃ ꝙ principaliter conſiderentur, ut collig[...] forma, & uerbis conceſſionis, & inueſtituræ, [...] argumẽto tex. not. in l. cum in diuerſis. ff. de r[...] & ſumpt. funerum. ¶ Quinto adduco in ſimili[...] uoluit Innoc. Abb. do. Ant. & alij in c. ex literi[...] de iure patro. per iura, & rationes eorũ, qui dic[...]
29 † quamuis iuspatronatus per ſe, ſeu expreſsè u[...] poſſit, ut in c. quia clerici. & c. de iure. extra de [...] tro. tamen ſi fuerit uenditum caſtrũ, ſeu uilla, [...] latiũ, in quibus ſit eccleſia patronata, iuſpatr[...] tanquam dependens, & acceſſorium caſtri c[...] acceſſoriè uenditum: ita dicamus in caſu no[...] bona immobilia, quæ ſub feudo continentur, [...] acceſſoriè, & in conſequentiam, & tranſeant a[...] ſiam Romanam, ad quam trãſit caſtrum Tur[...] quia tanquam acceſſoria tranſeunt cum uniue[...] caſtri ad eum, ad quem de iure caſtrum tran[...] bet, ad quod in terminis facit, id, quod uoluit [...] in ſingu. 637. incip. *tu ſai*, quod regnum &c. Et[...] poteſt colligi reſponſio omnibus, quę in contr[...] adduci poſſent. Laus Deo.

## S V M M AE.

*1 Ad feudũ antiquum collaterales olim uſque ad quartũ, & vſque ad ſeptimũ gradum, deſcendentes uerò maſculi[...] tum etiam in centeſimo, & ulteriori gradu admittu[...]*

*2 Conceſſio magnæ partis Regni alicuius in dubio cenſetu[...] lis, & non libera.*

*3 Hæc uerba inueſtire, & dinueſtire ad dominos feudum [...] tes, & non ad alios propriè pertinent.*

*4 Et ſunt ſigna, quibus feudum ab alijs contractibus, & o[...] nibus dignoſcitur.*

*5 Feudũ eẽ arguitur ex receptione ſub protectione domini [...]*
*Vaſallũ protegere ad dominum feudi tanquam ſuperiori [...]*

*6 Verba enunciatiuè prolata in factis antiquiſſimis inte[...] probant. & infra num. 33.*
*In antiquiſſimis excedentibus tempus centum annorum [...] tur pro plena fide facienda illa, quæ regulariter ſolum [...] qualem fidem facere ſolent.*

*7 Verba enunciatiua inſtrumenti ſaltem ſemiplenam proba[...] & præſumptionem faciunt, & in antiquiſſimis plena[...]*

*8 Marchiæ nomen ſonat in feudum.*

*9 Feudum conceßum pro hæredibus, & ſucceſſoribus maſcu[...] fœminis non tranſit ad fœminas, niſi maſculis deficienti[...]*

*10 Feudum ex eo, quod maſculis non extantibus poſſit ad f[...] tranſire, non dicitur fœmininum.*

*11 Feudum regulariter, & ſui natura etiam conceſſum ſi[...] pro hæredibus, & ſucceſſoribus ad fœminas non tranſi[...]*

*12 Feudum fœmininum quod dicatur.*

*13 Feudũ nobile, & franchum poteſt fœmininum dici, & ad f[...] deſcendentes, maſculis nõ extãtibus, tranſire. & quare [...]*

*14 Idem eſt in feudo cenſuali, nec habente propriam feudi n[...]*

*15 Feudum franchum eſt liberũ à ſeruitijs perſonalibus, po[...] vaſallo uendi, alienari, & de eo in ultima uoluntate d[...]*

*16 Feudum conceſſum cum poteſtate uendendi, alienandi, per[...] di, & quicquid eorum animus decreuerit, faciendi ad p[...] etiam extraneas, & non deſcendentes, & de alia linea, [...] milia, & multo magis ad fœminas deſcendentes, maſcu[...] extantibus, tranſire poteſt. & nu. 30.*

*17 Feudũ cum præiudicio deſcendentium alienabile, eſt etiã cu[...] præiudicio præſcriptibile, maximè ſpatio longiſſimi temp[...]*
*Præſcriptio in feudis eatenus, & ad illas perſonas ſe ext[...] quatenus, & ad quas alienatio extenditur.*

18 Pr[...]

8 Præſcriptio tanti temporis, cuius initij memoria contraria non exiſtit, habet uim tituli, & conceßionis etiam in ijs, in quibus ius commune reſiſtit.
9 Conceſſio loci quando pleno iure, & quoad directum dominium facta dicatur.
0 Dominij appellatione ſimpliciter, & in dubio uenit directum.
1 Verba concedere, donare, & largiri pleno iure, & quoad directũ dominium conceſſionem factam innuunt, & conceſſionem eſſe donationem puram, & meram, haud feudalem conceſſionem inferunt, nume. 24.
2 Feudum francandum eſſe, & feudi naturam non habere dicitur, ubicunque dominium directum, omneque ius, quod erat penes concedentem, fuit translatum, ſeu quoties poteſtas uendendi, & alienandi data fuit.
Feud. franchi natura eſt, ut ad fœminas maſculis non extantibus etiam abſque alio pacto tranſire ualeat.
Verba enunciatiua maximè demonſtrationis gratia prolata, non probant, nec diſponunt.
Conceßio locorum in comitatu aliquo poſitorum, & adiacentium, non continet ipſum comitatum.
Continens non continetur ſub contento.
Feudum imperiale, & dignitatis non poteſt dici pro hæredibus, & ſucceſſoribus conceſſum, niſi expreſſum fuerit.
Marchionem eſſe conſtitutum alicuius loci non infert neceſſario conceſſionem fuiſſe feudalem.
Feudum francum, & conceſſum cum poteſtate uendendi, & alienandi, ac etiam quoad directum dominium poteſt in extraneos alienæ familiæ transferri non ſolum ex actu inter uiuos, ſed ẽt ex ultima uoluntate.
Inducta ad unum effectum contrarium non operantur.
Conducens rem propriam in feudum an ſibi præiudicet.
Verba enunciatiua probant inter eoſdem ad finem principalis actus, & non inter alios, ſeu ad finem alterius actus.
4 Scienter faciens, aut contrahens cum aliquo ad ſui prẹiudicium in re à ſe poſſeſſa ſibi præiudicat.
5 Confirmatio ex certa ſcientia facta ualet, & præiudicat, aut prodeſt ijs, quibus præiudicare, aut prodeſſe poteſt.
6 Vaſallus ſi accedente conſenſu domini faciat actum unum, & plures contrarios ſuis conceſſionibus, iuriq́ue ſuo, ſibi præindicat totiqueus, & priuilegium ſuum amittit.
7 Vaſallus feudum uendere, aut donare non poteſt.
8 Feudum conceſſum pro ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus maſculis, uel fœminis, ad fœminas infinitum, maſculis non extantibus, trãſit, non iure ſucceſſionis, ſed ex pacto expreſſo, maximè ſi ſit feudum dignitatis, & nu. 55.
9 Et illis nondum in rerum natura exiſtentibus, per actum prẹdeceſſorum ſuorum præiudicare non poteſt, non interueniente poſtea earum conſenſu, aut ratificatione.
0 Præſcriptio feudi, ſicut alienatio ſolum nocet illi, contra quem fuit præſcriptum, non autem alijs in inueſtitura uocatis, tunc in rerũ natura non exiſtentibus.
1 Feudi dominus alter concedendo, ſeu aliter diſponendo non poteſt perſonis in inueſtitura comprehenſis, niſi illis conſequentibus, præiudicare.
2 Factũ principis nõ nocet habẽtib. ius in feudo maximè nõdũ natis.
3 Fœmina ſemel, & bis per maſculos excluſa à feudo etiam dato pro maſculis, & fœminis, an ſemper, & in perpetuum debeat dici excluſa ita, quòd etiam maſculis deficientibus, non poſſit, nec debeat ad tale feudum admitti.
4 Fœmina à ſtatuto propter maſculos excluſa quando ſemper dicatur excluſa ſimpliciter, & quando ſolum, donec maſculi extent, ita quòd illis deficientibus fœmina admittatur.
5 Filia renuncians bonis paternis propter fratres maſculos, illis mortuis ad feudum admittitur.
6 Feudum an ſit conceſſum pro maſculis, & fœminis copulatiuè, an uerò pro maſculis, uel fœminis alternatiuè, differt quoad illud, quòd fœmina ſemel propter maſculos excluſa dicatur ſemper excluſa, uel ſolum donec maſculi extent.
7 Alternatiua uel magis denotat ordinem ſucceſſiuũ, quàm copula.
8 Alternatiua poſita inter perſonas honoratas quãdo in cõiunctã re ſoluatur, & qñ ſtet propriè, ut uocati ſucceßiuè admittantur.

49 Fœminæ quando ad feuda admittuntunr, ſolum maſculis non extantibus admittuntur.
50 Cap. 1. §. quin etiam epiſcopum uel Abb. in uſu feu. declaratur.
51 Fœmina, quæ eſt de deſcendentibus, & hæres ultimi vaſalli mortui, poſſet conqueri, & appellare, ſi dominus feudi, cui eßet propter mortem dicti vltimi uaſalli feudum apertum, illud alteri concederet &, appellans eſt audienda, & exaudienda.
52 Argumentum à ſufficienti partium enumeratione eſt ualidum.
53 Beneficium. l. fi. C. de edic. diui Adr. toll. etiam pro rebus feudalibus dari ſolet.
54 Hæredibus uidelicet ſcriptis, & inſtitutis in teſtamento non abolito, & ſic tanquam hæredibus, non autem ſuccedentibus ab inteſtato.
55 Feudum dignitatis etiam conceßum pro hæredibus maſculis, & fœminis, non ex ſucceſſione, ſed ex inueſtitura, & pacto ad deſcendentes tranſit.
Et ad hẹredes tranſit, quia ad hæredes, non autem tanquam hẹredes, num. 56.
Secus ſi pro ſe, & hæredibus quibuscunque cõceſſum eßet, nu. 57.
58 In regno, quod eſt feudum, deſcendentes nõ ſuccedunt, ut hæredes.
59 Feudum ad deſcendentes ſolum hæredes tranſiens ad eos tranſit, quia hæredes, & eos eſſe hæredes primi acceptoris, mediantibus aliis ſufficit, quamuis vltimi non ſunt hæredes.
60 Beneficium. l. fi. C. de edic. diui Adr. toll. non datur deſcendentibus hæredibus in feudo ſuccedentibus, quia hæredes.
61 Nec datur hæredibus etiã ſcriptis de locis munitiſſimis, ut arcibus caſtris, ciuitatibus, & fortilitiis, legitimo extante cõtradictore.
62 Poſſeſſio caſtrorum, & locorum munitorum, quando eſt controuerſia ſuper illis, pœnes dominum de feudo cognoſcentem ſtare debet, donec controuerſia ſit finita, & illi eſt relaxanda, qui in petitorio obtinebit.
63 Siue litigantes, & loca ipſa ſint ſub uno, eodemq́; domino, & ſub una, eademq́; iuriſdictione unius dominij, ſiue ſub diuerſis dominis, & iuriſdictionibus.
64 Remedium. c. 1. §. inner filiam ſi de feu. ſit conten. inter do. & agna. in quo fœmina hæres prius debet in poſſeſſionem immitti, quando de feudo eſt, contentio inter filiam, & agnatum, quod remedium ſit, & cia, quando, & ex qua cauſa detur.
65 Feuda etiam, ſicut alia bona hæreditaria, ueniunt in petione hẹreditatis, & in inter dicto quorum bonorum.
Et quando hoc verum ſit nu. 67. 69. & 76.
66 Petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorum in pluribus concurrunt, atq́; conueniunt, & quæ remedia ſint, & quibus, ac contra quos dentur, & nu. 70.
68 Non datur contra dominum, ſeu contra titulo poſſidentem.
71 Dominus, & Imperator in feudo alicui conceßo titulum reſpectu directi dominij habet, & reſpectu ciuilis poßeſſionis cum titulo poſſidet, ſecus eſt reſpectu vtilis dominij, & naturalis poßeſſionis.
72 Petitio hæreditatis, & interdictum quorum bonorum dantur habenti ius in feudo contra poſſeſſorem feudi ſine titulo illud detinentem, ac etiam contra dominum reſpectu dominij utilis, & naturalis poſſeſſionis.
73 Filiæ, ſeu fœminæ hæredi ab inteſtato ius in feudo habenti propter mortem vaſalli ab inteſtato defuncti quod remedium competat etiam contra dominum.
74 Poſſeſſio per iudicem ad ſe aduocata ſine præiudicio partium litigantium quoad partes dicitur vacare.
75 Feudum conceßum pro ſe, & hẹredibus, & ſucceſſoribus ſuis maſculis, & fœminis dicitur conceſſum ſolum pro deſcendentibus, qui ſint hæredes & eſt quid hæreditarium.
77 Feudatarius ſi alium de eodem feudo infeudet, quam poſſeſſionem & quod ius transferat, & quod ius apud ipſum remaneat, & ſi ultimus vaſallus moriatur, nullis ſuperſtitibus, qui ad illud feudũ poſſiut admitti, poſſeſſio naturalis, & dominiũ dicti ultimi uaſalli cũ poßeſſione et dominio cuius dicatur cõſolidari, et nu. 78.
78 Conſolidatio de una poſſeſſione cum alia quãdo, et quomodo fiat.

EPITOME.

Feudum conceſſum pro hæredibus maſculis, vel fœminis, item cum poteſtate vendendi, & alienandi, itẽ quoad directũ dominiũ, & ꝑ uerba donationẽ impor-

importantia,ad fœminas tranſit,& in extraneos quo
que alienæ familiæ, & domus ex quocunque actu ēt
vltimæ uoluntatis trāsferri poteſt, ēt in præiudicium
deſcendētium,& agnatorū ius in illo prætendentium.

Et cōceſſum pro hæredibus,& ſucceſſoribus maſcu
lis,uel fœminis,maſculis deficientibus,tranſire ad fę
minas etiam prius propter maſculos ſæpius excluſas,
nec illis per factum aliquod aut principis conceden-
tis,aut prædeceſſorum ſuorum fuiſſe præiudicatum,
demonſtratur.

Interdictum quorū bonorum, & petitionem hære
ditatis poſſe hæredi ab inſteſtato competere ad feudi
naturalem poſſeſſionem adipiſcendā contra eos, qui
nullum ius infeudo habent,ac etiam contra dominū
reſpectu domini utilis, & naturalis poſſeſſionis, non
autem reſpectu directi,& ciuilis, quando feudum ad
hæredem ab inteſtato tranſit,hic oſtenditur.

## CONSILIVM LXVII.

IN cauſa,quam Illuſtriſſima Duciſſa Man-
tuæ habet cum illuſtri Marchioni Salutia
rum,nec non cum excellentiſſimo Princi
pe Duce Sabaudiæ ſup Marchionatu Mō-
tisferrati coram p̄clariſſimis Delegatis Cæſareæ Ma
ieſtatis,in qua,ut pcepi,quāplurimi clariſſimi utriuſ-
que cenſuræ doctores,& p̄cipuè hi, qui Ducalis cōſi-
lij Mantuani regunt habenas,doctiſſimè,ampliſſimè
que conſuluerunt, breuibus uiā ueritatis aperire co-
nabor.Qd̄, ut facilius efficiā, cōſultationē hāc in tria
capita partiar,cū reſecatis ſuperfluis ſuper tribus prin
cipaliter inſiſtendū eſſe arbiter,quorū primū eſt, an p̄
fata domina Duciſſa ī dicto Marchionatu potiora iu
ra habere dicat̄,q̄ Marchio Salutiarū, ſecundū eſt, an
ipſa quoq; potiora habeat iura, quàm dux illuſtriſſi-
mus Sabaudiæ,tertiū,& ultimū, an dn̄a Duciſſa ante
diſcuſſionem negotij principalis cauſam petitorij cō
cernētis ſit in poſſeſſionē dicti Marchionatus immit-
tēda.¶ Ad primū redeūdo, dicendū videt̄, ꝙ illuſtris
Marchio Salutiarū ſit in dicto Marchionatu pręferen
dus,hēt.n.is conceſſionē Othonis Imperatoris factā
Aledramo de domo Saxonia primo Marchiōi, à quo
1 ipſe Marchio Salutiarū deſcēdit:& † quāuis collatera
les olim uſq; ad quartū gradū, & hodie uſq; ad ſepti-
mum, capiēdo gradū ſecundū ius ciuile, ad antiquū
feudū admittantur,tn̄ deſcendentes maſculi in infini
tum,ēt ſi eſſent in centeſimo,& ulteriori gradu,uocā
tur,ut in c.1.§.hoc quoq;.& ibi gl.& doctores q feud.
dare poſs.& q nō.c.1.de natura ſucceſ. feud.& notant
ſcribentes ēt in c.1.de feu.marchię,& Bal.in l.ſi in per
ſona.C.de fideicommiſ.in fin.uerbis: ſed Marchio Sa
lutiarū eſt de domo Saxonia, & deſcendentes per di-
rectā lineam deſcendentiū ab Aledramo, cui primo
Marchioni ab Othone Imperatore Marchia Montis
ferrati in feudū cōceſſa fuit,ut ex literis dicti Othonis
conſtare dicitur, ergo Marchioni Salutiarū in dicto
feudo,fœminis excluſis, ius cōpetere videtur. Quòd
aūt conceſſio facta ab Othone ipſi Aledramo fuerit
feudalis,nō aūt libera,& mera donatio,cōſtat primo
2 ex eo, † ꝙ illa facta fuit ab Imperatore, & de magna
parte regni Italici,ut ex literis cōceſſionis apparet,er
go in dubio debet cenſeri feudalis, non aūt libera per
tex.in c.1.§.notādū qui feudū dare poſſunt. & ibi An
dr.de Iſer.& hoc, ut per Othonem Imperio minus,q̄
poſsit,dicatur præiudicatum. Hoc idē arguūt illa uer
ba,& ꝙ nullus regni Italici dictū Aledramū, ſuosq́ue
hæredes de oībus,q̄ ſupra acquirere poterit,dinueſti-
re præſumat, etiam ex cā, ꝙ in præteritum inueſtitus
3 non fuiſſet &c.Nā † hæc uerba inueſtire,& dinueſtire
pertinent propriè ad dominos feudū cōcedentes, &
nō ad alios,ut in c.1.quid ſit inueſtitura, & in titulo p
4 quos fiat inueſtit.p totū,& c.1.de feu.cogn. † inueſti-
re.n.& dinueſtire ſunt ſigna, quibus feudū digno
ab aliis cōtractibus, ut à donationibus, & conc
nibus alijs.c.per tuas. de donationibus, & p ſign
nè diſcernitur unus actus ab alio l.nō codicill
teſtamen.§.adeò.inſti.de locatio.l.1.ff. de præſ
5 uerbis cū ſimilibus. Præterea † feudū eſſe argu
illa uerba in conceſſione appoſita, eundem Al
mū cū filiis, & hæredibus ſuis boniſq́ue oībus
ptinentibus ſub Imperialis numinis benedictio
protectione recipiens:nā ad dominū feudi tan
ſuperiorē ſpectat uaſallū protegere, ſicut ēco
in c.1.an apud iudicē,uel curiam. c. cæterum.
c.ex tranſmiſſa.c.uerum. de foro cōpeten. Ial
lud.feud. in 6. col. & hoc idem apertè demon
inueſtituris factis illis de domo Paleologa, &
ex cōceſſione, & inueſtitura facta Ioāni Mar
Montisferrati p Carolum IIII Imperatorē,
dicit̄,Aledramū fuiſſe primū Marchionē Mon
6 rati, & † quamuis illa uerba ſint enūciatiuè p
tn̄ inter oēs probāt in factis antiquiſſimis, ut
doctrina ſcribētiū,& maximè Io.de Imo.in l.
labeo.ff.de aqua plu.arcen. qui dicit, ꝙ in ant
mis,ut in ijs,q̄ excedūt tēpus cētū annorū,adm
pro plena fide facienda illa,q̄ regulariter non
cere,niſi qualem qualē fidē, & not. per Innoc
quid per nouale.& in c.ueniens. de verb.ſig.p
gelū in l.at qui natura. §. cū me.ff. de negotiis
& in l.penult.ff.de cond.inſtitu.l.titius.ff.quib
pignus,uel hypot.ſolui.per Baldum,& Salic
7 prietatis.C.de proba.Adde † ꝙ uerba enuncia
ſtrumenti ſaltē ſemiplenè probāt,& præſump
faciunt,vt traditur per do.Antonium in c.fi.de
ſio.ab inteſta.& in c.illud. in 4.not.de præſum
antiquiſſimis id,quod aliàs regulariter ſolet
nē,& fidē qualē,& ſemiplenā facere,facit pl
lidā probationē,ut in locis ſupra allegatis,cū
tiquiſſimis uerba enunciatiua inſtrumēti, p
ſeu cōceſſionis plenā probationem facere di
Quare ex uerbis aſſertæ conceſſionis ſatis ap
ctā conceſſionē fuiſſe feudalē.¶ Sed tn̄,his nō
tibus,ꝯriā ſententiā de iure ueriorē eſſe arbitr
luſtriſſima do.Duciſſa ſit in dicto Marchionat
renda, excluſo præfato Marchione Salutiarū
gari non poteſt,quin ſaltē à tēpore Theodori
fuit primus Marchio de domo Paleologa,dictu
chionatus fuerit feudum Imperiale,prout pri
8 ſtat ex ipſo nomine Marchiæ, † quod ſonat in
ut in c.1.de feudo Marchię,& in c.j.quis dicatu
Marchio.Secundo,prout ēt colligitur ex inue
factis de dicto Marchionatu Theodoro, & ali
deſcendētibus à diuerſis Imperatoribus,& ma
Carolo Quarto, Vincelao Romanorū Rege, F
co Imperatore,Hērico Romanorū Rege,Max
no,nec non à Sereniſſimo Carolo Quinto Imp
re,qui dictū feudū Marchionatus tanquā nou
rectū,& nobile,& ut gentile rectū, antiquū, a
proauitū conceſſerūt pro hæredibus,& ſucceſ
maſculis,uel fœminis,ut in ꝯceſſione Caroli
9 cōtinetur:quo † fit, ut donec maſculi deſcend
Theodoro extiterunt,ipſis fœminis feudū nu
fuit apertum, ſed tantum maſculis deficient
eſt tex.not.in c.1.§.filia.de feu.ſucceſſ.c.1.in fi
bus cau.amitta.feud.c.1. §.profectò. de lege c
c.1.in fi.quid ſit inueſtitu.c.1.de eo qui ſibi, & h
10 Abb.in c.dilecti filii.in glo.3.de arbitris, † & et
feudū poſſit tranſire ad fœminas deſcendent
ſculis non extantibus, ut qn̄ fuit conceſſum, u
eſt,non dicitur fœmininū,qn̄ licet fœmineę
11 expreſſo uenire poſſunt, † alioquin regulariter
cundū naturā feudi non admittuntur, etiam
conce

cõceſſum ſimpliciter pro hæredibus, & ſucceſſoribus,
ut in c.1. de capitu. qui curiam uendidit. in §. ſimiliter.
c.1. de natura ſucceſſio. feud. c.1. in fi. de feudo mar-
chiæ, cum ſimilibus. tamẽ non dicitur feudum fœmi
2 neum, ſed † fœmininum feudum dicitur illud, quod
abſque pacto tranſire poteſt etiã ad fœminas, ſemper
tamen intelligendo, maſculis non extantibus, ut qũ
à principio fuiſſet cõceſſum fœminæ, & ſic ab ea ortũ
habuiſſet, ut eſt tex. notabilis in c. 1. de feudo fœmi-
næ. Abb. in d.c. dilecti. in 3. glo. & eſt textus notabilis
in c.1. de ſucceſſ. fratrum, uel de gradibus. Bald. in
l. fin. C. de ſuis, & legitimis. Et † ideò feudum nobile,
3 & franchum dici poteſt fœmineum, quia abſque alio
pacto expreſſo fœminæ deſcendentes poſſunt in illo
ſuccedere, maſculis tamen non extantibus, ut uoluit
Bald. in c.1. §. & quia. in ultim. col. qui feudum dare
poſſunt. Roman. in ſingulari 179. incipien. hodie fœ
mina. Paul. de Caſtro in conſil. 135. Alexand. in con
ſil. 2. in 5. uol. in 1. col. cap. ſignificauit. de reſcriptis.
Specula. in titu. de feudis. in §. quoniam. uerſicu. 21. &
ibi Ioannes Andr. in additio. incipien. eſt ſciendum.
Bald. in l. ſi plures. C. de conditio. inſertis. & in auth.
niſi rogati. C. ad trebellianũ. † idem dici poteſt, quã-
do eſſet feudum cenſuale, nec haberet propriam na-
turam, ut quia eſſet conceſſum tit. donationis liberæ,
& puræ abſque iuramento fidelitatis, & cũ aliis quali-
tatibus, & conditionibus propriæ naturæ ueri feudi
non conuenientibus, ut pro ſe, & pro illis, quibus de-
derit, uel cum poteſtate uendendi, alienandi, & diſ-
ponendi quomodocunque iuxta textũ in c.1. de feu-
do non haben. propriam naturam. cum ibi nota. & in
c.1. in fin. ſi de feudo conten. ſit inter dominum. nã
tale feudum abſque alio pacto etiã ad fœminas tran-
ſiret, ut ſupra, & habetur per Corneum in conſil. 16.
incipien. in Chriſti nomine, aperta fronte &c. in 1.
uolum. per totum. & per Alexandrum in dicto cõſil.
2. per Bald. in l. 2. in 45. q. in 5. colum. ff. de rerum di-
uiſio. & omninò per Baldum in l. fin. C. de ſuis, & le-
5 gitimis. Et † feudum franchum ideò dicitur fœmi-
neum, quia dicitur liberum à ſeruitiis perſonalibus,
& uaſallus habet poteſtatem illud uendẽdi, alienan-
di, & de eo in ultima uoluntate diſponendi, per Alex.
in d. conſil. 2. in 2. & in penultim. col. & per Philip.
Corneum plenè in d. conſi. 16. Bald. in prælud. feud.
in 7. diuiſione. ſed in terminis noſtris dicta Marchia
fuit conceſſa in feudum pro hæredibus maſculis, uel
fœminis, ergo deficientibus, & non exſtantibus de-
ſcendentibus maſculis, ipſa domina Duciſſa, cui fuit
apertum feudum per obitum Ioannis Georgij ultimi
Marchionis, debet ad huiuſmodi feudum admitti, &
tantò magis ſi eſſet fœmineum per prædicta, & maxi
mè per Abb. in d. c. dilecti. ¶ Secundo dato, ſed non
cõceſſo, quòd cõceſſio facta ab Othone Imperatore
Aledramo primo Marchioni de domo Saxonia fuiſ-
6 ſet feudalis facta pro ſe, & hæredibus &c. † tamen
ex quo facta fuit cum poteſtate uendendi, alienandi,
& permutandi, & pro anima iudicandi, & quicquid
eorum decreuerit animus, faciendi, omnium homi-
num contradictione remota, infertur quòd ad illud
feudum, quod propriam feudi naturam habere non
dicitur, potuit etiam fęmina admitti, maſculis non
extantibus, ut ſupra: nam ſi ex tali conceſſione feudũ
ad alias perſonas etiam extraneas, & nõ deſcendẽtes
tranſire potuit, quãuis eſſent de alia linea, & familia,
retenta tamen in aliis natura feudi, ut dicitur in d.c.1.
de feu. non haben. prop. natu. cum ibi not. & in d.c.1.
in fin. ſi de feudo contentio ſit inter do. & agna. & de-
clarat Alex. in uariis cõſiliis, & præſertim in d. cõſil.
2. in 5. uol. in ult. colum. poſt Andr. Iſer. in c.1. in fi.
in quibus cauſ. feu. amitt. multo magis trãſire poteſt
ad deſcendentes fęminas, ut ex prædictis colligitur
& argumen. l. cum auus. ff. de conditio. & demon. &
l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. Et ideò cum Ioan.
Guielmi deſcẽdẽtes ab Aledramo vltimus Marchio
ex domo Saxonia in eius teſtamento inſtituerit hære-
dem Violantem eius ſororem non ſolum in bonis,
& hæreditate, ſed etiam in d. Marchionatu, deinde
mortuo dicto Ioãne, Manfredus Marchio Salutiarũ,
qui ex ordinatione d. Ioannis in eius teſtamento reli
ctus fuerat gubernator ſtatus Marchionatus Montis
ferrati, miſerit ad d. Violantem ad accipiendum ſta-
tum, quæ poſtea tranſmiſit Teodorum filium ſuum,
qui ex poſt facto de conſenſu ipſius Manfredi tàm ex
compromiſſo, & laudo ratificato, & emologato per
ipſum Manfredum, ſeu alios de domo Salutiarum,
quàm etiã ex inueſtitura d. Teodoro ab Imperatore
de d. Marchionatu facta, ingreſſus fuit illius poſſeſſio
nem, & ipſe, eiusq; ſucceſſores ſæpius à diuerſis Im-
peratoribus de d. Marchionatu inueſtiti per longiſſi-
mum tempus illum tanquàm ueri, & legitimi Mar-
chiones tenuerũt, & poſſederunt, ſequitur, quòd eſſet
ſi qui adhuc extarent, qui eſſent deſcendentes ex d.
Aledramo, prout talem ſe prætẽdit, & aſſerit eſſe mo
dernus Marchio Salutiarum, tamẽ d. Marchionatus
abſq; dubio ſpectare debet ad præfatam Illuſ. Do.
Duciſſam, q̃ eſt ultima de domo Paleologa, quoniã
ex poteſtate vendendi, & alienandi, de qua in cõceſ-
ſione Othonis, & ex qua modernus Marchio Salutia
rum prætendit ius habere, dictus Marchionatus po-
tuit in alias derſonas, & alienam familiam, & domũ
trãsferri, etiam cum præiudicio deſcẽdentium dicti
Aledrami, ergo magis ad dictum Marchionatum po
tuit admitti do. Duciſſa, non exſtantibus aliis maſcu-
lis de domo Paleologa per tex. cũ ibi notat. in d.c.1.
in fin. ſi de feu. cõten. ſit inter do. & agna. & per Alex.
17 in d. conſil. 2. Præterea † ſi potuit ad præiudicium om
nium deſcendẽtium ex Aledramo alienari, ut ſupra,
ſequitur etiam, quòd ad illorum omnium præiudi-
cium potuit præſcribi, & maximè ſpatio longiſſimi
temporis annorum centum, ducentorum, & ultra,
quia quod eſt alienabile, eſt præſcriptibile, arg. l. alie-
nationis verbũ. ff. de verbo. ſigni. c.1. §. ſi quis per 30.
ſi de feudo fuerit contentio inter do. & agna. & dicit
Bald. in l. 2. in 31. q. in 4. colum. ff. de rerum diuiſ. ꝙ
eatenus ſe extendit præſcriptio in feudis, & ad illas
perſonas, quatenus, & ad quas ſe extendit alienatio
feudi, ſed ex poteſtate alienandi, vendendi, & diſpo-
nendi fit præiudicium omnibus deſcẽdentibus illius,
qui feudũ alienauit, ſeu donauit, aut reliquit, ut ſupra,
per tex. cum ibi not. in d.c.1. de feudo nõ haben. prop.
natu. & in d.c.1. in fin. ſi de feu. cõten. ſit inter domi-
num & agnatos. & ibi omnes feudiſtæ poſt Bal. & per
Alex. in d. conſil. 2. ergo idem dicendum eſt ex præ-
ſcrptione maximè tanti temporis, de cuius initio me
18 moria in contrarium non exiſtit, † quæ habet vim
tituli, & conceſſionis etiam in iis, quibus ius cõmune
reſiſtit, ut in c.1. in fin. & ibi habetur de pręſcript. in 6.
l. hoc iure. §. ductus. ff. de aqua quotid. & æſtiua. c. ſup
19 quibuſdã. cũ ibi not. per gl. & Doct. de uerb. ſignif. cũ
infinitis ſimil. quæ allegari poſſent. ¶ Adde, † ꝙ cõceſ
ſio, & donatio facta ab Othone Aledramo fuit facta
ẽt quo ad directũ dominiũ, & pleno iure, ut infertur
ex illis verbis, vt dicta loca, ſicut regni noſtri Italici
dominio ſubmiſſa ſunt, ita à modo, & antea præfati
20 Aledrami Marchionis dominio ſubdãtur &c. Nã † do
minii appellatione ſimpliciter, & in dubio venit di-
rectum. l. 1. ff. ſi ager vectig. uel emphit. item cũ domi
nium illud idem fuerit in Aledramum tranſlatũ, qđ
erat in Imperatore cõcedẽte, infertur, quòd dicitur
tranſlatum fuiſſe directum, & plenũ, quod erat penes

21 dñm.c.1.circa fi.in quib.cau.amitta. feu.Itē† illa uer
ba cōceſſit,donauit,atq; largitus eſt, innuunt pleno
iure,& quoad dominiū directū loca fuiſſe cōceſſa, ut
ſentit Iaſon in conſilio ſuo 45.in 1.volu.in primo du-
bio,& in prælud.feud.in 6.col.vbi dixit, ꝙ ex tranſla-
tione totius iuris,ſeu illius iuris, qđ concedens habe-
bat,nō dicitur facta conceſſio in feudum rectum, &
verum,ſed dicitur tranſlatum verū, & directū domi-
22 nium.Sed†vbicunque tranſlatū fuit dominiū directū
omneq; ius,quod erat penes cōcedētem, ſeu quoties
data fuit poteſtas uendendi,& alienandi,tunc & ſi ta-
lis conceſſio ſit feudalis,ſeu feudum cōtineat,tamen
tale feudū dicitur eſſe franchum,& non habere natu-
ram feudi, vt ſenſit Bal.in prælud. feud. in 15.colu.&
23 traditur per Alex.in d.conſi.2.in fin.uerbis,†de cuius
natura eſt,ut tranſeat,ſeu tranſire poſſit ad fœminas,
maſculis nō extantibus, etiā abſque alio pacto, ut ſu-
pra,ita ꝙ vaſallus de illo teſtari, & diſponere valeat
quomodocunque, etiam illud transferendo in extra
neos,& in fœminas,etiam cum præiudicio ſuorū de-
ſcendentium maſculorum in infinitum,vt latè ponit
Corneus in d.conſi. 16.maximè in penul.col.& eſt de
mente Alex.in d.conſil. 2.& habetur per Roma.in d.
ſingulari 179. & per Bal.in d.l.ſi plures. in 2. col. & in
d.auth.niſi,in 3.col.ergo&c.¶Tertio principaliter ex
cluditur præfatus Illuſtris Marchio Salutiarū à dicto
Marchionatu Montisferrati,quoniā ad eius fauorem
non adducitur,neq; oſtenditur aliqua conceſſio, ſeu
inueſtitura, ex qua ſibi poſſit dici ius aliquod debitū,
vel acquiſitū: nā, vt in puncto præſupponitur,totale
fundamentum Marchionis Salutiarum cōſiſtit, & ſit
in quadam aſſerta conceſſione ab Othone facta Ale-
dramo,quę ſi rectè,& diligēter cōſideretur, ex ea nul
lum ius dicto Marchioni tribuitur,nec acquiſitum di
ci poteſt, in primis quia de illa legitimè non conſtat,
24 †& ſi de ea legitimè cōſtaret,tamē non probatur,ꝙ il
la fuerit cōceſſio feudalis uerè,ſeu propriè,ſed potius
mera,& ſimplex, ac pura donatio, vt infertur ex uer-
bo illo cōcedimus,iuxta tex.in l. uxori.§. fi.cum gl.&
ibi Bar.ff.de leg.3.per Ioan.de Imol.in l. cum pr̃.§.pa
ter pluribus.ff.de legatis 2.l.fi.in princ.& ibi gl.& Bar
to.ff.de donat.facit.l.prohibere.§.planè. ff.qđ ui, aut
clàm.& innuitur ex illis uerbis donauit,& largitus eſt
quæ arguunt non eſſe feudum,ſed donationem;ac ēt
quia in incertis, & non certis locus eſt coniecturis.l.
continuus.§.cum ita.ff.de uerbo.obliga.Et hoc idem
in fortioribus terminis tenuit clariſſimus Iuriſcōſul
tus Oldradus in conſi.ſuo.159.incipiē.ex pręſenti the
mate &c. quem ſequitur Albericus in rub. C. de do-
nat.in 2.colum. & illius ſententiam ſequutus eſt etiā
Iaſon in d.conſi.45.in 1.uolu.in 1.dubio,quamuis de
Oldra.mentionē nō faciat,quod conſi. Oldra.refert,
& ſequitur Alex.etiam in cōſil.24.in 1.uolu.Pręterea
& ſi in dicta donatione, ſeu conceſſione Aledramus
appelletur Marchio,non tamen appellatur Marchio
Montisferrati,ſed ſimpliciter Marchio, & potius de-
monſtrationis gratia,quàm diſpoſitiuè, ex quibus in-
fertur,ꝙ ex huiuſmodi uerbis enunciatiuis,& demon
ſtratiuè prolatis nō probatur,ꝙ ipſi fuerit ius aliquod
in d. Marchionatu Montisferrati conceſſum, nec ꝙ
ipſi fuerit dicta Marchia conceſſa in feudum, quoniā
25 †uerba enunciatiua maximè demonſtrationis gratia
prolata non diſponūt,nec probant, ut colligiť ex iis,
quæ uoluit Bart.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de
uerbo.obligatio.& traditur per Felin. in c.ad audien-
tiam,il 2.de reſcriptis.eſtq; tex.in l. Lucius,& ibi Bar.
ff.de alimen.& ciba.lega.l.demonſtratio.ff.de condi-
tio.& demonſtrat.Sozi.in l. qui Romæ. §. cohęredes.
ff.de uerborum obligatio. cum ſimilibus infra allegā
dis.¶Rurſus & fortius ſi diligenter inſpiciantur uer-
ba d.conceſſionis ab Othone factæ, nullo mo
paret ipſi Aledramo fuiſſe conceſſum Marchio
Montisferrati, ſed ſolū fuiſſe ei conceſſas nom
proprietates, & illa loca tā de hæreditate parēti
eius acquiſitionibus illi aduenientia per diuerſ
Italici regni,videlicet in comitatu Aquēſi,Sau
Aſtenſi,Montisferrati,Taurinenſi, Vercellenſi
26 menſi,& Cremonenſi,†ex quibus uerbis apert
colligitur non fuiſſe conceſſum Marchionatū
tisferrati, ſed proprietates, & loca in illius co
adiacentia,& appoſita,quæ erant de hæreditat
tum,& de acquiſitionibus ipſius,ut ſonant ue
cęſſionis,quæ cū cōprehendant loca poſita,&
tia in Comitatu Aquenſi,Cremonenſi, & Mo
rati, nō dicuntur cōprehendere comitatū ipſi
monenſem,nec Mōtisferrati, nec alios comit
dicta cōceſſione expreſſos, ſed duntaxat loca
adiacentia,quæ ſunt de hęreditate parentū,&
27 acquiſitionibus, †quia ſub contento nunquam
netur continens.l.per ſeruum.§.1. cū l.ſequen
vſu,& habitat.l.nunquam. vbi caſus.ff.de ſupe
ga.ergo conceſſis proprietatibus, & locis exiſt
in comitatu Montisferrati,non pōt dici conce
mitatus, ſeu Marchionatus Montisferrati. Pr
28 †cū Marchionatus Montisferrati ſonet in dig
& dicatur feudū imperiale, non pōt dici conc
maximè ꝓ hæredibus, & ſucceſſoribus, niſi ex
ſpecificè hoc dictū fuerit, nec ſufficeret, ſi hoc
terpretatione cōtineri diceretur, vt in c.1.in pr
feudo Marchiæ, uel Comitatus, uel Ducatus,
nota.Vnde ſequitur, ꝙ ex dicta cōceſſione Ot
q̄ fuit facta pro ſe,& hæredibus,& aliis nō pōt
ceſſa Marchia Montisferrati, quia uerba non
ra,neq; iſtud importāt,ut ex p̄dictis colligitur
29 †ꝙ nō ſequitur,qui conſtitutus fuit marchio
loci,ergo cōceſſio fuit feudalis,nā procederep
ex uēditione,uel à donatione,uel ab alia cauſa
tabiliter colligitur ex ijs, q̄ uoluit Abb.in term
c.dilecti filii.in 3.glo.de arbitr. & in c.ſignifica
reſcrip. arg.c.per uenerabilē. qui filij ſint legiti
in c.nouit.de iudic. cū ibi notatis. & tunc in mar
natu, maſculis nō extantibus, ſuccedit fœmina
per Abbatem,& per Bald.in d.l.fi.C.de ſuis, &
mis. & ideò quamuis ab Othone poſſit dici co
marchia, ſeu Aledramus factus marchio, nō ti
tur, ꝙ ipſi ut uaſallo fuerit facta conceſſio, nec
ceſſio fuerit feudalis per prædicta. ¶Et ſequend
cōcluſionē ad fauorē illuſtriſſimæ do.Duciſſæ
dernum Marchionē Salutiarum, ſupereſt, ut ad
primo loco in fauorem dicti Marchionis reſpo
mus, & quāuis ex p̄miſſis poſſit aperta reſpōſio
gi, tn̄ ſpecialius reſpondendo, dicimus primū
ſtare per ea, quæ dicta ſunt in primo, ſecūdo, &
fundamento, videlicet ꝙ conceſſio facta ab Ot
non fuit feudalis. ¶Secundo reſpondetur, ꝙ
30 dici feudalis, †tn̄ ex eo, quod feudū fuit franch
conceſſum cū poteſtate uendendi, & alienandi
quoad directum dominium, ut dictum eſt, deſc
tes ex Aledramo in infinitum, & cōſequenter
modernus Marchio Salutiarum, qui ſe de illi
ſcendentibus eſſe prætendit, quamuis legitim
probare nequeat, illo priuari potuerunt, po
illud etiā in extraneos alienæ familiæ, & dom
ferri non ſolum ex actu inter uiuos, ſed etiam
ma uoluntate, ut in d.cap.1.de feud.non haben
priam naturam.& in capitu.1. in fine ſi de feud
tentio ſit inter dominum, & agnatos, & per Ale
drum in dicto conſi. 2. & per Corneum in dicto
ſilio 16. prout in caſu noſtro tranſlatum fu
dictum eſt. Quare non intereſt præfati Mar

chionis Salutiarũ, cui penitus fuit præiudicatũ, & qui
nullũ poteſt in d. Marchionatu ius ꝑtendere, velle im
pedire, quominus præfata Illuſtriſſima do. Duciſſa, q̃
eſt agnata, & hæres Ioannis Georgij vltimi Marchio
nis Montisferrati, admittatur, nã quo ad eum dicere
poteſt, liberas ædes habeo. iuxta l. loci corpus. §. pen.
ff. ſi ſerui vendi. & in l. res alienat. C. de rei vendi. & in
c. ex parte. il 1. de reſcriptis. Præterea nõ obſtat, ꝙ Ale
dramus nuncupetur primus Marchio Montisferrati,
quia, ut dictũ fuit, ſtant ſimul, ꝙ quis fuerit Marchio,
& tñ non habuerit Marchiam in feudum, qm̃, ut dicit
Abb. in d. c. dilecti filij. & in d. c. ſignificauit, aliud eſt,
ꝙ res, quæ habet dignitatẽ, veluti regnũ, Comitatus,
Ducatus, & Marchionatus, ſit feudalis, & aliud, ꝙ nõ
ſit feudalis, & idẽ eſt de mente Oldradi in d. cõſ. 159.
& aliorum, de quibus ſupra. Nec aduerſatur, ꝙ cõſtet
Marchionatum Montisferrati eſſe feudũ, quia in cõ-
ceſſionibus, & inueſtituris factis Theodoro, & aliis
ſuis deſcendentibus, à quibus Illuſtriſſima do. Duciſ-
ſa originem traxit, ac etiam factis ipſi dominę Duciſ-
ſæ, præſupponitur feudum eſſe, & tanquam feudum
diu tentum, & poſſeſſum fuiſſe, ergo feudum cẽſetur
eſſe ad tradita per Bald. in l. cum de in rem verſo. in fi.
ff. de vſuris. per Ang. in l. qui in aliena. §. 1. circa princ.
ff. de acq. hæred. Nã reſpondetur, ꝙ licet Theodorus,
& alii ſui deſcendentes potuerint ſibi præiudicare in
recognoſcendo d. Marchionatũ in feudum ab Impe-
ratore, iuxta ea, quæ habentur in l. ſi aliquam rem. ff.
de acq. poſſeſſio. tamen ex hoc non poteſt dici acqui-
ſitum ius aliquod tanquam in re feudali deſcenden-
tibus maſculis ex Aledramo, qui ſunt de domo Saxo
1 nia, † quoniam inducta ad unum effectum non ope-
rantur contrarium, & actus agentium non operãtur
vltra eorum intẽtionem. l. legata inutiliter. ff. de adi-
men. lega. c. fi. de verb. ſign. l. non omnis. ff. ſi certum
peta. c. deinde. 26. diſt. c. homines. cum ſequen. 22. q.
2 2. Præterea, † an conducens rem propriam in feudũ
ſibi præiudicet, non procedit, niſi cum magna diſtin-
ctione, de qua in d. l. ſi aliquam rem, & fortè poſſet di-
ci, quòd in terminis noſtris niſi diu, & per longiſſi-
mum tempus domus Paleologa dictam Marchiam,
& feudum Imperiale tenuiſſet, & poſſediſſet, ſibi non
præiudicaſſet, ut colligitur ex his, quæ uoluit Alex.
in conſi. 136. in 1. volum. in fin. verbis: ergo infertur,
quòd ex tali conductione, ſeu recognitione facta in
feudum minus poſſit acquiri ius feudale illis, q ſunt
de domo Saxonia deſcendentes ex Aledramo. ¶ Nõ
obſtat, ꝙ in conceſſione facta Aledramo per Otho-
nem, & in conceſſione facta Ioanni Marchioni per
Carolum Quintum, ſeu in conceſſione facta Theo-
doro narratur, & enunciatiuè dicitur, quòd Aledra-
mus fuit Marchio, & primus Marchio Montisferra-
ti, quæ uerba enunciatiua in antiquiſſimis probant,
ut ſupra. Quia reſponderi poteſt, vt iam dictum fuit,
ꝙ non ſequitur, Aledramus fuit primus Marchio, er-
go ex cauſa feudi per prædicta, & maximè ex his, quæ
habentur per Abba. in d. c. dilecti filij. & in d. c. ſignifi-
cauit. & per Alexan. in d. conſi. 136. in penul. colum.
in verſi. non obſtat etiam &c. Secundo reſpondetur,
quòd licet etiam præſupponeretur eſſe feudum, ta-
men ex quo data fuit poteſtas uendendi, & alienan-
di, ſequitur, ꝙ Ioannes ultimus Marchio de domo
Saxonia donando, ſeu in ultima uoluntate diſponen
do, potuit præiudicare omnibus deſcendentibus ex
Aledramo in infinitum per ea, quæ ſupra fuerunt di-
3 cta. Tertio reſpondetur, ꝙ † uerba iſta narratiua, &
enũciatiua, ꝙ Aledramus fuerit primus Marchio, pla
ta in dicta conceſſione Othonis, necnon in inueſtitu
ra Caroli Quarti, probãt ſolum inter partes, & perſo-
nas in dictis cõceſſionibus deſcriptas, & quo ad actũ,
qui principaliter inter ipſas partes agitur, non autem
quoad aliũ actũ, ꝑ tex. in l. optimã. C. de contrahen. &
cõmitt. ſtipu. cũ glo. in verbo ſi ſeruus, dũ allegat tex.
in l. cũ aliquis. C. de iure deliberan. & ideò ſi poſtea de
ipſo enuntiato, & narrato contingat principaliter di-
ſputari inter alias ꝑſonas, ſeu quoad effectũ alterius
actus, tunc illa verba enũtiatiua ſufficienter non pro
bant illud, quod enuntiatiuè, vel narratiuè fuit expreſ
ſum; ita voluit Innocen. & ſequitur do. Ant. in c. illud
de præſumptio. ꝑ illum tex. & traditur per Alexã. in d.
conſi. 136. in penul. col. l. fi. ff. de interrogatio. actio. l.
certũ. §. ſi quis abſente. ff. de cõfeſſis, legitur ẽt, & no.
in c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt. cũ ſimil. ad hoc allega. per
Alex. in d. conſi. in verſi. itẽ eſt verum; & hæc ſufficiãt
quoad primum dubium. ¶ Deueniendũ eſt modo ad
ſecundũ, an præfata Illuſtriſſima domina Duciſſa in
dicto Marchionatu potiora habeat iura, q̃ habeat ex-
cellentiſſimus Dux Sabaudiæ, & primo intuitu vide-
tur dicendũ, ꝙ ipſa domina Duciſſa potiora iura non
habeat, quia Ioãnes Iacobus Marchio Mõtisferrati,
& filij, & deſcẽdentes ſui vſq; ad Ioannẽ Georgium
ut aſſeritur recognouerunt d. Marchionatũ in feudũ
à Ducibus Sabaudiæ, quibus ex donatione acquiſitũ
fuerat ius. in d. Marchionatu, non ſolum reſpectu do-
minij, ſed etiã poſſeſſionis ex pacto conſtituti de poſ-
34 ſidendo in inſtrumento donationis appoſito, & † cũ
ipſi Ioannes Iacobus, & alij ſcienter hoc fecerint ſibi
præiudicare potuerunt, ſecundum quod habetur in l.
ſi aliquã cum glo. & ibi Bart. & alij. ff. de acquiren. poſ
ſeſſio. & l. quãuis. §. conductor. & in l. interdũ. & in l.
qđ meo eo. tit. Præterea donatio facta de dicto Mar-
chionatu Duci Sabaudiæ, & inueſtituræ deinde factæ
à Duce Sabaudiæ ipſi Ioanni Iacobo, & alijs Marchio
nibus Montisferrati cõfirmatæ fuerunt, & approbatę
Romanis Imperatoribus, & maximè à Maximiliano
35 Romanorũ Rege, & electo Imperatore, † quæ confir
mationes cũ fuerint ex certa ſcientia factæ, præiudica
uerunt dictis Marchionibus Montisferrati, & profue
runt Duci Sabaudiæ, per ea, quæ habentur in c. 1. & 2.
